

# RIVISTA DIOCESANA TORINESE

*Periodico Ufficiale per gli Atti dell'Arcivescovo e della Curia*



**TELEFONI:** S. E. il Card. Arcivescovo, N. 47-172 . Curia Arcivescovile, N. 45-234  
Ufficio Amministrativo, N. 45-923 . Conto Corr. della Curia, N. 2-14235

TORINO, 114

## SOMMARIO

### ATTI PONTIFICI:

Beata Virgo Maria « Consolata » Civitatis Taurinensis Patrona prae- cipua constituitur . . . . .	97
Motu Proprio del Santo Padre . . . . .	99

### ATTI DELLA SANTA SEDE:

Sacra Congregatio Rituum . . . . .	100
Variationes inducendae in Calendario Dioecetano . . . . .	106

### ATTI ARCIVESCOVILI:

Lettera dell'Em.mo Cardinale Arcivescovo al Ven. Clero, ai Religiosi ed al Popolo della Città . . . . .	109
--	-----

### ATTI E COMUNICATI DELLA CURIA ARCIVESCOVILE:

Nomine . . . . .	112
Sacre Ordinazioni . . . . .	112
Necrologio . . . . .	112
Funzioni di suffragio per i Caduti in guerra . . . . .	113
Palloncini lanciati dal nemico . . . . .	113
Per la protezione dell'Agricoltura . . . . .	114
Alle Rev.de Superiore di Congregazioni Religiose . . . . .	114
Ai Rev.di Superiori delle Case Religiose maschili e femminili . . . . .	115
Aumento 12 per cento alle Congrue dei beneficiati . . . . .	115
Pagamenti semestrali . . . . .	115
Solutio Quintae Quaestionis Liturgicae . . . . .	116
Casus Quintus - a. 1941 - Solutio . . . . .	117
<b>Tribunale Regionale Piemontese</b> - Citazione Editale . . . . .	118
Gioventù Italiana di A. C. . . . .	118
<b>Ufficio Amministrativo</b> . . . . .	119
I Seminari Diocesani . . . . .	120
Esami di ammissione alla vestizione chiericale . . . . .	120
Osservazioni sul libro delle Successioni per Causa di Morte e delle Donazioni (Libro II del Nuovo Codice Civile) . . . . .	120
Diario dell'Em. il Sig. Cardinale Arcivescovo . . . . .	122

**Redazione della RIVISTA DIOCESANA:** Arcivescovado.

**Amministrazione:** Società Buona Stampa - Corso Oporto, 11 bis - Torino


**Abbonamento annuo L. 10,40**

# Sartoria Ecclesiastica Medaglia d'oro

VINCENZO SCARAVELLI

Tiene ancora rimanenza stoffa pura LANA; approfittare...!!!

Casa di fiducia: **VIA GARIBALDI, 10 - TORINO** Telefono 50.929



ACHILLE MAZZOLA FU LUIGI

VALDUGGIA (Vercelli)

Antica e premiata fonderia di campane

Costruzione dei relativi castelli in ghisa e ferro  
Concerti completi di campane di qualsiasi tono e peso  
Campane nuove garantite in perfetto concerto colle vecchie  
Via Crucis in bronzo, candelieri, croci ecc.  
in bronzo in qualunque stile

Cosa fondata nel 1500

**TORINO**

**Tel. 61.925**

“VILLA MARIA,,

**CURE NATURALI - DIETETICHE - FISICHE  
CONVALESCENZA - RIPOSO**

VIA PRINCIPESSA FELICITA DI SAVOIA 15 bis - 17

ang. C. G. Lanza - di fronte Convitto Vedove e Nubili - Tram 20-21-23-4-13

**DISINTOSSICAZIONI - CURE DEPURATIVE DEL SANGUE**

**DIABETE - OBESITÀ - ARTRITI - GOTTA - ARTERIOSCLEROSI**

**OSPITI INTERNI - SEMINTERNI - ESTERNI - SERVIZIO RR. SUORE**

**FACILITAZIONI AL CLERO**

**Fabbrica di Cera**

**LUIGI CONTERNO**

Provveditore delle R. R. Case

**NEGOZIO:**

Piazza Solferino, N. 3 Tele. 42-016

**FABBRICA:**

Via Montebello, N. 4 - Telef. 42-420

Vendita incenso **LIBANUM** della Migliurtina

**Officina d'arte vetraria**

**Cristiano Jörger**

Via della Rocca 10 - TORINO (111) - Tel. 49-212

**Vetrate istoriate per Chiese  
dipinte a gran fuoco e garantite  
inalterabili - Prezzi modici**

Premiato con GRAN DIPLOMA D'ONORE e MEDAGLIA  
D'ARGENTO del Ministro dell'Economia Nazionale.

# RIVISTA DIOCESANA TORINESE

PERIODICO UFFICIALE

PER GLI ATTI DELL'ARCIVESCOVO E DELLA CURIA

TELEFONI: S. Em. il Card. Arcivescovo, N. 47-172 - Curia Arcivescovile, N. 45-234

Ufficio Amministrativo, N. 45-923 - Tribunale Ecclesiastico Regionale, N. 40-903

Conto Corrente della Curia, N. 2-14235

## ATTI PONTIFICI

Beata Virgo Maria « Consolata »

Civitatis Taurinensis Patrona praecipua constituitur

PIUS PP. XII.

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Expedit ut Christifidelium erga Beatissimam Virginem Mariam ubique cultui ac devotioni opportune provideatur; Deiparae sane e materno gremio quasi e fonte perenni innumerabiles emanant in plebem Christianam gratiae; ideoque, hoc ducti consilio, benigne excipienda censemus vota Taurinensium, qui, jam inde ab Aevo Medio Beatae Virginis « Consolatae » patrocinio suffulti, Eandem tamquam peculiarem suorum ipsorum Patronam firme semper ardentique retinuerunt. Ad Nos revera Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis Taurinensium Archiepiscopus refert, — quod et omnibus notum est, — Augustae Taurinorum antiquum Virginis Consolatae Sanctuarium pluries per saecula magnifice renovatum ampliaturque esse ut religioso civium amoris satius responderet; additque ipse Purpuratus Pater adeo animorum pietatem, postremis hisce praecipue temporibus, auctam esse, ut nulla sit in urbe domus, quae Consolatae Imagine careat, Taurinensis fere nulla familia quae eidem non deferat peculiarem suae reverentiae cultusque significationes, die praesertim Sabbati Magnae urbis Dominae devote dicato, cum eo ipso die cujusvis ordinis cives turmatim ad Sanctuarium devote confluant vel opem Virginis imploraturi, vel grates Eidem accepta ob beneficia habituri. At non modo popularium fides in Consolatam praeteritis temporibus floruit hodieque summopere floret, sed Domus quoque e Sabaudia reges, principes,

ducesque singulari cultu Deiparam sub ipso titulo prosecuti sunt, ita ut Eadem ipsiusmet Domus Statuumque Sabaudiae publicis etiam decretis habita sit Patrona, quam pari nomine in civitate sua Decurionum Coetus Taurinensis saeculo decimo octavo ineunte elegerant. Itaque, cum nunc clerus populusque nobilissimae urbis memoratae omnino quidem exoptent ut etiam a Nobis publice sollemniterque caelestis Patronatus huiusmodi tandem agnoscatur; suffragiisque amplissimis suis Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis Taurinensium Archiepiscopus eadem vota augeat, Nos, audito quoque Venerabili Fratre Nostro Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Praenestino Episcopo Sacrae Rituum Congregationis Praefecto, ex certa scientia ac matura deliberatione Nostris deque Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore perpetuumque in modum, *Beatissimam Virginem Mariam, vulgo "Consolatam" nuncupatam, civitatis Taurinensis caelestem apud Deum PATRONAM praecipuam constituimus et confirmamus*, iuribus omnibus privilegiisque adiectis liturgicis, quae huiusmodi caelestis Patronatus propria sunt. Haec benigne largimur, cum dubium quidem non sit Nobis quin magni momenti fructus pro spirituali ac temporali omnium Augustae Taurinorum degentium bono sint inde exspectandi; decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces jugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant, sive spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari.

Contrariis non obstantibus quibuslibet. Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XX mensis Maji, anno MCMXXXII, Pontificatus Nostri quarto.

*Firm. : ALOYS. Card. MAGLIONE, a Secretis Status.*

(Brevi Apostolici, N. 330/1942).

---



## Motu Proprio del Santo Padre

col quale viene concessa a tutti i Sacerdoti la facoltà dell'Altare privilegiato durante l'anno del suo Giubileo Episcopale

---

PIUS PP. XII.

Summo solacio novimus iubilarem Episcopatus Nostri celebrationem filiorum Nostrorum animos ubique gentium ad mirandum prorsus precum concentum excitare, quibus iidem, in tam gravi, quo angimur, rerum discrimine, et communi Patri, et Ecclesiae universae superna a Deo munera impetrare contendant. Perquam acceptum id profecto Nobis obvenit; quando quidem nihil magis hodie necessarium putamus, quam caelestem opem divinumque auxilium; atque ita testatum cernimus, christifidelium mentes voluntatesque in praesens, si umquam alias, mira quadam consensione incensaque charitate Nobiscum artissime coniungi.

Cupimus autem amplissimam hanc amoris significationem quodammodo rependere, aliquid ex inexhaustis Ecclesiae thesauris impetientes, quod omnibus, ac sacerdotibus potissimum, existimamus fore maxime gratum. De Apostolicae igitur plenitudine potestatis, singulis sacerdotibus, rite probatis, personale privilegium concedimus, cuius vi indulgentiam plenariam possint, Eucharisticum Sacrificium celebrando, uni animae piaculari igne expiandae applicare. Idque a die vigeat XIII huius mensis ad diem usque XIII mensis Maji, anni MCMXLIII.

Quod quidem firmum ratumque esse iubemus, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die XII mensis Maji, anno MCMXLII, Pontificatus Nostri quarto.

---

PIUS PP. XII

*Per Decretum vero S. Paenitentiariae Ap. die 10 Iunii 1942 « privilegium personale in praecedenti Motu Proprio concessum ita intelligendum est, ut Sacerdotes Sacrum litantes in quolibet Missae Sacrificio plenariam Indulgentiam lucrari et applicare possint, indipendenter a Missae applicatione, uni animae, in Purgatorio detentae, ab ipsis ad libitum assignatae ».*

# ATTI DELLA S. SEDE

## Sacra Congregatio Rituum

COMMUNE UNIUS  
AUT PLURIUM SUMMORUM PONTIFICUM

INSERENDUM

IN COMMUNI SANCTORUM

POST COMMUNE EVANGELISTARUM

*Omnia de Communi unius aut plurimorum Martyrum vel Confessoris Pontificis, juxta qualitatem festi, praeter sequentia :*

### Oratio

Gregem tuum, Pastor aeternae, placatus intende : et per beatum N. ... (Martyrem tuum atque) Summum Pontificem, perpetua protectione custodi ; quem totius Ecclesiae praestitisti esse pastorem. Per Dominum.

*Si vero agenda sit commemoratio alterius Summi Pontificis, dicitur sequens*

### Oratio

Deus, qui Ecclesiam tuam in apostolicae petrae soliditate fundatam, ad infernarum eruis terrore portarum : praesta, quaesumus, ut intercedente beato N. ... (Martyre tuo atque) Summo Pontifice, in tua veritate persistens, continua securitate muniatur. Per Dominum.

### IN III NOCTURNO

Lectio sancti Evangelii secundum Matthaeum

*Lectio VII*

*Cap. 16, 13-19*

In illo tempore : Venit Jesus in partes Caesareae Philippi, et interrogabat discipulos suos, dicens : Quem dicunt homines esse Filium hominis ? Et reliqua.

Homilia sancti Leonis Papae

*Sermo 2 in anniversario assumpt. suae, ante medium*

Cum, sicut evangelica lectione reseratum est, interrogasset Dominus discipulos, quem ipsum (multis diversa opinantibus) crederent ; respondissetque beatus Petrus, dicens : Tu es Christus Filius Dei vivi ; Dominus ait : Beatus es, Simon Bar-Jona, quia caro et sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus, qui in caelis est : et ego dico tibi, quia tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam, et

portae inferi non praevalerunt adversus eam. Et tibi dabo claves regni caelorum : et quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum et in caelis : et quodcumque solveris super terram, erit solutum et in caelis. Manet ergo dispositio veritatis, et beatus Petrus, in accepta fortitudine petrae perseverans, suscepta Ecclesiae gubernacula non reliquit.

### *Lectio VIII*

In universa namque Ecclesia, Tu es Christus Filius Dei vivi, quotidie Petrus dicit ; et omnis lingua, quae confitetur Dominum, magisterio hujus vocis imbuitur. Haec fides diabolum vincit et captivorum ejus vincula dissolvit. Haec erutos mundo, inserit caelo, et portae inferi adversus eam praevalere non possunt. Tanta enim divinitus soliditate munita est, ut eam neque haeretica umquam corrumpere praevaleret, nec pagana potuerit superare perfidia. His itaque modis, dilectissimi, rationabili obsequio celebretur hodierna festivitas : ut in persona humilitatis meae ille intelligatur, ille honoretur, in quo et omnium pastorum sollicitudo, cum commendatarum sibi ovium custodia perseverat, et cujus etiam dignitas in indigno herede non deficit.

### *Lectio IX*

Cum ergo cohortationes nostras auribus vestrae sanctitatis adhibemus, ipsum vobis, cujus vice fungimur, loqui credite : quia et illius vos affectu monemus, et non aliud vobis, quam quod docuit, praedicamus ; obsecrantes, ut succincti lumbos mentis vestrae, castam et sobriam vitam in Dei timore ducatis. Corona mea, sicut Apostolus ait, et gaudium vos estis, si fides vestra, quae ab initio Evangelii in universo mundo praedicata est, in dilectione et sanctitate permanserit. Nam licet omnem Ecclesiam, quae in toto est orbe terrarum, cunctis oporteat florere virtutibus ; vos tamen praecipue inter ceteros populos decet meritis pietatis excellere, quos in ipsa apostolicae petrae arce fundatos, et Dominus noster Jesus Christus cum omnibus redemit, et beatus Apostolus Petrus prae omnibus erudit.

### AD MISSAM

#### *Introitus*

*Joann. 21, 15-17*

Si diligis me, Simon Petre, pasce agnos meos, pasce oves meas. Ps. 29, 1. Exaltabo te, Domine, quoniam suscepisti me, nec delectasti inimicos meos super me. *ψ* Gloria Patri.

#### *Oratio*

Gregem tuum, Pastor aeternae, placatus intende : et per beatum N. ... (Martyrem tuum atque) Summum Pontificem, perpetua protectione custodi ; quem totius Ecclesiae praestitisti esse pastorem. Per Dominum.

*Si vero agenda sit commemoratio alterius Summi Pontificis, dicitur sequens*

*Oratio*

Deus, qui Ecclesiam tuam in apostolicae petrae soliditate fundatam, ab infernarum eruis terrore portarum: praesta, quaesumus, ut intercedente beato N. ... (Martyre tuo atque) Summo Pontifice, in tua veritate persistens; continua securitate muniatur. Per Dominum.

Lectio Epistolae beati Petri Apostoli.

*I Petr., 5, 1-4 et 10-11*

Carissimi: seniores, qui in vobis sunt, obsecro consenior et testis Christi passionum, qui et ejus, quae in futuro revelanda est gloriae communicator: pascite qui in vobis est gregem Dei, providentes non coacte, sed spontanee secundum Deum, neque turpis lucri gratia, sed voluntarie; neque ut dominantes in cleris, sed forma facti gregis ex animo. Et, cum apparuerit princeps pastorum, percipietis immarcescibilem gloriae coronam. Deus autem omnis gratiae, qui vocavit nos in aeternam suam gloriam in Christo Jesu, modicum passos ipse perficiet, confirmabit solidabitque. Ipsi gloria et imperium in saecula saeculorum. Amen.

*Graduale Ps. 106, 32, 31.* Exaltent eum in Ecclesia plebis: et in cathedra seniorum laudent eum. *ψ* Confiteantur Domino misericordiae ejus; et mirabilia ejus filiis hominum.

Alleluja, alleluja. *Matth. 16, 18.* Tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam. Alleluja.

*Post Septuagesimam, omissis Alleluja et Versu sequenti, dicitur*

*Tractus Ps. 39, 10-11.* Annuntiavi justitiam tuam in ecclesia magna, ecce labia mea non prohibebo: Domine tu scisti. *ψ.* Justitiam tuam non abscondi in corde meo: veritatem tuam et salutare tuum dixi. *ψ.* Non abscondi misericordiam tuam, et veritatem tuam a concilio multo.

*Tempore autem Paschali omittitur Graduale, et ejus loco dicitur*

Alleluja, alleluja. *Matth. 16, 18.* Tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam. Alleluja. *Ps. 44, 17, 18.* Constitues eos principes super omnem terram: memores erunt nominis tui, Domine. Alleluja.

\* *Sequentia sancti Evangelii secundum Matthaeum.*

*Matth. 16, 13-19*

In illo tempore: Venit Jesus in partes Caesareae Philippi, et interrogabat discipulos suos, dicens: Quem dicunt homines esse Filium

hominis? At illi dixerunt : Alii Joannem Baptistam, alii autem Eliam, alii vero Jeremiam, aut unum ex prophetis. Dicit illis Jesus : Vos autem quem me esse dicitis? Respondens Simon Petrus, dixit : Tu es Christus, Filius Dei vivi. Respondens autem Jesus, dixit ei : Beatus es, Simon Bar Jona : quia caro et sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus, qui in caelis est. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam, et portae inferi non praevallebunt adversus eam. Et tibi dabo claves regni caelorum. Et quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum et in caelis : et quodcumque solveris super terram, erit solutum et in caelis.

*Offertorium Jerem. 1, 9-10.* Ecce dedi verba mea in ore tuo : ecce constitui te super gentes et super regna, ut evellas et destruas, et aedifices et plantes.

#### *Secreta*

Oblatis muneribus, quaesumus Domine, Ecclesiam tuam benignus illumina : ut, et gregis tui proficiat ubique successus, et grati fiant nomini tuo, te gubernante, pastores. Per Dominum.

#### *Alia Secreta, ut supra :*

Munera, quae tibi Domine laetantes offerimus, suscipe benignus, et praesta : ut intercedente beato N. ... Ecclesia tua et fidei integritate laetetur, et temporum tranquillitate semper exultet. Per Dominum.

#### *Praefatio Apostolorum.*

*Communio Matth. 16, 18.* Tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam.

#### *Postcommunio*

Refectione sancta enutritam gubernas, quaesumus Domine, tuam placatus Ecclesiam : ut potenti moderatione directa, et incrementa libertatis accipiat et in religionis integritate persistat. Per Dominum.

#### *Alia Postcommunio, ut supra :*

Multiplica, quaesumus Domine, in Ecclesia tua spiritum gratiae, quem dedisti : ut beati N. ... (Martyris tui atque) Summi Pontificis deprecatione nec pastori obedientia gregis nec gregi desit cura pastoris. Per Dominum.

### MUTATIONES

#### IN BREVIARIO ET MISSALI ROMANO FACIENDAE

Novo Communi unius aut plurimorum Pontificum, Martyrum vel Confessorum, approbato, necessario variationes quaedam in Missali et Breviario inserendae sunt. Ut autem facilius hoc eveniat, Sacra Rituum Congregatio sequentia statuit :



## I. - IN BREVIARIO

1. In festo alicuius Pontificis, in respectivo Communi, loco orationis de communi usque adhuc in usu, sumatur nova oratio : *Gregem tuum*; et Homilia in tertio Nocturno sit nova proposita in Evangelium : *Venit Jesus*.

2. Pro sequentibus festis haec observentur :

a) Die 16 Ianuarii : in festo S. Marcelli I Papae et Martyris : retineatur oratio propria.

b) Die 12 Martii : in festo S. Gregorii I Papae, Conf. et Eccl. Doct. : retineatur oratio propria.

c) Die 22 Aprilis : in festo Ss. Soteris et Caii Pont. et Mart. : oratio : *Gregem tuum*, adhibito numero plurali.

d) Die 26 Aprilis : in festo Ss. Cleti et Marcellini Pont. et Mart. : oratio : *Gregem tuum*, adhibito numero plurali.

e) Die 5 Maii : in festo S. Pii V Papae et Confessoris : retineatur oratio propria.

f) Die 19 Maii : in festo S. Petri Caelestini Papae et Confessoris : retineatur oratio propria.

g) Die 25 Maii : in festo S. Gregorii VII Papae et Confessoris : retineatur oratio propria.

h) Die 14 Octobris : in festo S. Callisti Papae et Martyris : retineatur oratio propria.

## II. - IN MISSALI

1. Si Missa sumenda sit de respectivo Communi : pro quocumque Pontifice sumatur nova Missa : *Si diligis me*.

2. Pro sequentibus vero festis haec adnotentur :

a) Die 16 Ianuarii : in festo S. Marcelli I Papae et Martyris : Missa : *Si diligis me*, praeter primam orationem propriam.

b) Die 12 Martii : in festo S. Gregorii I Papae, Conf. et Eccl. Doct. : Missa : *Si diligis me*, praeter omnes orationes proprias et dicitur *Credo*.

c) Die 11 Aprilis : in festo S. Leonis I Papae, Conf. et Eccl. Doct. : Missa : *Si diligis me* et dicitur *Credo*.

d) Die 17 Aprilis : in festo S. Aniceti Papae et Martyris : Missa : *Si diligis me*.

e) Die 22 Aprilis : in festo Ss. Soteris et Caii Pont. et Mart. : Missa : *Si diligis me*, adhibito in orationibus numero plurali.

f) Die 26 Aprilis : in festo Ss. Cleti et Marcellini Pont. et Mart. : Missa : *Si diligis me*, adhibito in orationibus numero plurali.

g) Die 5 Maii : in festo S. Pii V Papae et Confessoris : Missa : *Si diligis me*, praeter primam orationem propriam.

h) Die 19 Maii : in festo S. Petri Caelestini Papae et Confessoris : Missa : *Si diligis me*, praeter primam orationem propriam.

i) Die 25 Maii : in festo S. Gregorii VII Papae et Confessoris : Missa : *Si diligis me*, praeter primam orationem propriam.

l) Die 20 Iunii : in festo S. Silverii Papae et Martyris : Missa : *Si diligis me*.

m) Die 3 Iulii : in festo S. Leonis II Papae et Confessoris : Missa : *Si diligis me*.

n) Die 2 Augusti : in festo S. Stephani I Papae et Martyris : Missa : *Si diligis me*.

o) Die 14 Octobris : in festo S. Callisti I Papae et Martyris : Missa : *Si diligis me*, praeter omnes orationes proprias.

p) Die 12 Novembris : in festo S. Martini I Papae et Martyris : Missa : *Si diligis me*.

q) Die 19 Novembris : in festo S. Pontiani Papae et Martyris : Missa : *Si diligis me*.

r) Die 23 Novembris : in festo S. Clementis I Papae et Martyris : Missa de Communi unius Summi Pontificis praeter Introitum et Epistolam propriam.

s) Die 11 Decembris : in festo S. Damasi Papae et Confessoris : Missa : *Si diligis me*.

t) Die 31 Decembris : in festo S. Silvestri Papae et Confessoris : Missa : *Si diligis me*.

## URBIS ET ORBIS

Sancta Mater Ecclesia Summos Romanos Pontifices peculiari semper prosequuta est honore, qui, dum Apostolicae Cathedrae iura strenue defenderunt, atque evangelicam veritatem totum per orbem diffuderunt, vitae quoque sanctitudine ac pretiosa morte fidelibus commissi sibi gregis facti sunt exemplar. Quod si inferorum portae omni tempore apostolicae petrae soliditatem vanis quidem, sed diuturnis saevis ac saepe cruentis tentaminibus aggressae sunt; hodiernis temporibus, negata quavis super naturalium rerum oeconomia, Ecclesiae hostes directe et ipsos Supremos Pastores livore suo impetere, pravisque diceriis maculare impie conantur. Ut itaque his lacrimabilibus obvietur excessibus, atque Summorum Pontificum dignitas, eis divi-

nitus collata, magis magisque honestetur, simulque ii inter ipsos, qui sanctitate fulserunt maiori veneratione colantur, Sanctissimus Dominus Noster, Dominus Pius Papa XII novum Commune in festo Sanctorum Summorum Pontificum conficiendum esse decrevit. Cum autem infrascriptus Cardinalis Carolus Salotti, Episcopus Praenestinus, S. R. C. Praefectus, in audientia diei 9 Ianuarii, confectum schema una cum lectionibus tertii nocturni, legendis in festo Summorum Pontificum, et additionibus et variationibus sive in missali sive in breviario romano ex hac nova concessione occurrentibus, Sanctissimo Domino obtulerit, Sanctitas Sua benigne illud approbavit et adhibendum mandavit in festo sive unius sive plurium Summorum Pontificum tam martyrum quam confessorum, qui propria missa in missali romano non gaudent. Contrariis quibuscumque, etiam speciali mentione dignis, non obstantibus.

Datum Romae, die 9 Ianuarii 1942.

\* C. Card. SALOTTI, Ep. Praenestinus, *Praefectus*.

L. \* S.

A. Carinci, *Secretarius*.

## Variationes inducendae in Calendario Dioecesano

ad normam praecedentis Decreti S. R. Congregationis diei 9 Ianuarii 1942

### AUGUSTUS

- 1 - ..... Vesp. Dom. seq. semid. (ad Magnif. ant. Sapientia), com. praec., S. Pauli Ap., S. Alfonsi M. de Ligorio Ep. C. D. (dupl. simpl. - O Doctor) et S. Stephani I Pp. M. (Or. Gregem tuum) - c. vir.
- 2 - Vir. Dom. X post Pentec. (1 Aug.) De ea, semid. - 11. 1 n. Incipiunt Parabolae. Ad Laud. com. S. Alfonsi et S. Stephani (or. ut. supra) ..... - Missa pr. Gl. 2 or. S. Alfonsi, 3 S. Stephani, Cr. Praef. Trinit. - Secr. et Postcom. S. Stephani e Missa *Si diligis me* de Comm. Summ. Pontif.
- 25 - Extra Civit. Episcop. .... Vesp. de seq. dupl. (1) (or. ut sup.), com. praec. ac S. Zephirini Pp. M. (ant. et  $\psi$  de Laud., or. Gregem tuum) - c. rub.
- 26 Rub. Fer. 4 S. *Secundi Theb.* M. Patr. minus princ. dupl. maj. (1) in lib., 11. 3 n. ut supra, 9 1. S. Zephirini. Ad Laud. com. S. Zephirini (ant. et  $\psi$  e 1 Vesp., or. ut. sup.). Missa In virtute (ut. sup.) Gl. 2 or. S. Zephirini. Praef. App. Secr. et Postcom. S. Zephirini e Missa *Si diligis me* de Comm. Summ. Pontif.

## SEPTEMBER

22. - ..... In 2 Vesp. com. seq. (Or. Gregem tuum) et S. Thomae (ant. pr.) - Rub.
- 23 Rub. Fer. 4 S. Lini Pp. M. semid. (1) 11. 3 n. hom. in Ev. Venit Jesus de Comm. Summ. Pontif. cum RR. de Comm. un. M., 9 l. S. Theclae Virg. M. Ad Laud. com. oct. et S. Theclae. Come il 26. Missa *Si diligis me*, Gl. 2 or. oct. 3 S. Theclae. Cr. Praef. App. Vesp. de seq. dupl. (2) com. praec. et oct.; doxol. Jesu... Qui natus - c. alb.

## OCTOBER

- 7 Alb. Fer. 4 *Sacratissimi Rosarii B. Mariae V.* dupl. 2 cl. (2) Omn. pr., 9 l. S. Marci I Pp. C. ac Ss. Sergii et Soc. Mm. Ad Laud. com. S. Marci (oraz. Gregem tuum) et Soc. Mm. Ad Prim. Qui natus - Missa pr. Gl. (in priv. 2 or. S. Marci, 3 Ss. Mm.) Cr. Praef. In festivitate Secr. et Postcom. S. Marci e Missa *Si diligis me* de Comm. Summ. Pontif.
- 14 Rub. Fer. 4 S. Callisti Pp. M. dupl. (1) Missa *Si diligis me*, Gl. (or., Secr. et Postc. pr.), Praef. App.
- 26 Rub. Fer. 2 S. Evaristi Pp. M. simpl. (4) Off. ut in Kalend. Dioec., or. Gregem tuum.
- ❖ Missa *Si diligis me*, Gl. 2 or. A cunctis, 3 ad libit., Praef. App.

## NOVEMBER

- 11 - ..... In 2 Vesp. (pr.) com. seq. (Or. Gregem tuum) .....
- 12 Rub. Fer. 5 S. Martini I Pp. M. semid. (1) 11. 3 n. hom. in Ev. Venit Jesus de Comm. Summ. Pontif. cum RR. de Comm. un. M., 8 R. Domine praevenisti.
- In Eccl. non cons.*: Ad Laud. Suffr. Ss. et ad Prim. prec. - Missa *Si diligis me*. Gl. 2 or. A cunctis, 3 ad libit. Praef. App. - Vesp. a Cap. de seq. com. praec. et Suffr. Ss. Ad Complet. prec. - c. alb.
- In Eccl. cons.*: Ad Laud. com. oct. - Missa ut sup., Gl. 2 or. oct. 3 Concede, Cr. Praef. App. Vesp. de seq. die oct. .... com. praec. et S. Didaci C. (semid. perpetuo simplif.) - c. alb.
- 18 - ..... In 2 Vesp. com. seq. et S. Pontiani Pp. M. (Or. Gregem tuum) - c. alb.
- 19 Alb. Fer. 5 S. Elisabeth vid. dupl. (1) 9 l. S. Pontiani. Ad Laud. com. S. Pontiani - Missa Cognovi, Gl. 2 or. S. Pontiani, Praef. App.

..... Secr. et Postcom. S. Pontiani Pp. M. e Missa *Si diligis me* de Comm. Summ. Pontif.

22 - Vesp. Dom. com. seq. (pr., or. Gregem tuum), S. Caeciliae (pr.) et S. Felicitatis M. - c. vir.

23 Rub. Fer. 2 S. *Clementis I* Pp. M. dupl. (3) 11. 3 n. hom. in Ev. Venit Jesus de Comm. Summ. Pontif. cum RR. de Comm. un. M., 9 1. S. Felicitatis. Ad Laud. com. S. Felicitatis - Missa pr. (Intr. et Epist. pr., rel. e Missa *Si diligis me*), Gl. 2 or. S. Felicitatis, Praef. App. - Vesp. .... ut in Kalend. Dioec.

## DECEMBER

9 - ..... Vesp. de seq. dupl. (2) com. fer. et S. Melchiadis Pp. M. (Or. Gregem tuum) tt.

10 Alb. Fer. 5 *Translatio almae Domus Lauretanae B. M. V.* dupl. maj. (2) Omn. pr. in fol. vel in App. vet. Brev., 8 Bened. Cujus festum. Ad Laud. com. fer. et S. Melchiadis (or. ut sup.) Missa pr. Gl. 2 or. fer. 3 S. Melchiadis, Cr. Praef. In festivitate. (Secr. et Postcom. S. Melchiadis Pp. M. e Missa *Si diligis me* de Comm. Summ. Pontif.) - In 2 Vesp. com. seq. (Or. Gregem tuum) et fer. tt.

11 Alb. Fer. 6 S. *Damasi I* Pp. C. semid. (1) 11. 3 n. hom. in Ev. Venit Jesus de Comm. Summ. Pontif. cum RR. de Comm. C. P. Ad Laud. com. oct. et fer.

Missa *Si diligis me*, Gl. 2 or. oct. 3 fer.

❖ o. c. 4 - ..... Cr. Praef. App. - Vesp. de seq. dupl. (M. S.) com. praec. (ant. Dum esset), oct. et fer. - c. alb.

30 - ..... Vesp. de Nativ. semid. a Cap. de Dom., com. seq. (or. Gregem tuum) et oct. Nativ.

31 Alb. Fer. 5 S. *Silvestri I* Pp. C. dupl. (1) 11. 1 n. Scimus autem cum suis RR. sub hac die, 3 n. hom. in Ev. Venit Jesus de Comm. Summ. Pontif. cum RR. de Comm. C. P. Ad Laud. com. oct. -

♦ o. c. - Missa *Si diligis me*, Gl. 2 or. oct. Cr. Praef. oct.



## ATTI ARCIVESCOVILI

---

### Lettera dell' Em.mo Cardinale Arcivescovo al Ven. Clero, ai Religiosi ed al Popolo della Città

E' colla più grande gioia che posso comunicarvi il Breve con cui il Sommo Pontefice Pio XII, accogliendo i voti di tutti gli Augusti Principi di Casa Savoia, di Arcivescovi e Vescovi torinesi, dell'Ill.mo Sig. Podestà di Torino, dei Ven. Capitoli della Metropolitana e della SS. Trinità, di tutti i Superiori Generali e Provinciali di Congregazioni Religiose maschili e femminili, del Ven. Collegio dei Parroci, del Seminario Arcivescovile, di diverse Opere Pie, voti da me presentati Gli nell'udienza concessami il 20 scorso Novembre, si è degnato proclamare Patrona Principale della Città di Torino la Vergine SS. da noi venerata sotto il titolo di « Consolata ». E' il dono più gradito che noi potessimo attenderci dal S. Padre nell'anno del suo Giubileo Episcopale. A Lui il nostro grazie, per Lui la nostra preghiera perchè la Vergine Consolata estenda sulla Sacra Persona del Sommo Pontefice la sua materna protezione, Lo conforti in mezzo a tante e gravissime preoccupazioni. Gli dia la gioia di vedere al più presto riconciliate le Nazioni, come è suo supremo desiderio.

L'ora grave che volge non consente, che noi abbiamo a celebrare con particolare festività il nuovo titolo di cui si incorona la Vergine Consolatrice quale Patrona Principale di Torino. A suo tempo noi testimonieremo con pubblico imperituro monumento la nostra sudditanza alla celeste Protettrice. Intanto però a prova della nostra gratitudine per il patrocinio sempre esercitato sulla sua Città, e di cui anche in questi anni di guerra siamo stati oggetto, dobbiamo aumentare la nostra devozione alla Consolata col venerare l'immagine in tutte le famiglie, con una maggiore frequenza al suo devoto Santuario specie nel sabato come è pia tradizione di tutti i buoni torinesi, ma in modo specialissimo coll'informare la nostra condotta ai sani principii della morale cristiana.

Alle fanciulle, alle donne in particolare è rivolto questo richiamo. Dove è oggi quella modestia nel vestire che è il distintivo della cristiana? Non si condanna l'eleganza che è propria della donna, e che può benissimo congiungersi colla modestia che si richiede a salvaguardia del proprio pudore e per non essere ad altri occasione di pec-

cato. Come oseranno certune presentarsi dinanzi alla Tutta Pura per invocarne il suo patrocinio, mentre l'abito loro dimostra tanta leggerezza d'animo, ed è un'offesa a quel pudore, che è la più sicura salvaguardia dell'onestà della vita e l'ornamento più bello della donna cristiana? Madri, spose, sorelle dei nostri cari soldati, che sui diversi fronti combattono e soffrono e muoiono anche, nel compimento di un sacro dovere, dovete meritare il patrocinio della Consolata su di loro, sulla nostra Città, sulla diletta Patria con un costume sul quale possa posarsi sereno lo sguardo pudico della celeste nostra Madre, Maria SS.

Colla proclamazione della Consolata a Patrona Precipua di Torino sono pure soddisfatti i voti di tante Congregazioni Religiose, di cui si adorna la nostra Città. D'ora innanzi nell'ufficiatura e nella Messa del 20 Giugno anche i Religiosi saranno uniti col Clero secolare nel celebrare le glorie di Maria Consolatrice. Mi è caro pensare che questa unione di cuori e di suppliche varrà ad ottenere sempre maggiori grazie da Maria SS. sulla nostra città. E' con questa speranza che nella imminenza della solennità della Consolata porto ai cittadini di Torino l'annuncio del privilegio concesso di avere per Patrona Principale la Vergine Consolata. Questo titolo impone a noi doveri di particolare sudditanza, ma ci dà diritto a speciali grazie. Rendiamoci degni colla nostra condotta delle sue benedizioni.

*Torino, 15 Giugno 1942.*

\* M. Card. FOSSATI, *Arcivescovo*.

---

AVVERTENZA: Il titolo di Patrona Principale porta che la festa della Consolata sia celebrata con rito doppio di prima classe ed ottava comune, da tutto il Clero secolare, e con doppio di prima classe senza ottava dal Clero regolare. L'obbligo però incomincia dall'anno venturo. Per cura del Santuario sarà stampata a parte l'ufficiatura, che con decreto dell'8 corrente ha avuto un'aggiunta alla sesta lezione. Nel giorno dell'ottava sono proprie le lezioni del secondo notturno, quali già si leggevano dal Clero del Santuario: mentre negli altri giorni non si ha altra mutazione che l'aggiunta della commemorazione nell'ufficiatura e nella Messa.

---

MAURILIUS  
 TITULI S. MARCELLI S. R. E. PRESBYTER CARDINALIS  
**FOSSATI**  
 DEI ET APOSTOLICAE SEDIS GRATIA  
 ARCHIEPISCOPUS TAURINENSIS  
 SACRAE THEOLOGIAE ET JURIS UTRIVSQUE FACULTATUM  
 MAGNUS CANCELLARIUS

Plures abhinc menses supplices Nobis preces exhibitae fuerunt, quibus rogabamur, ut peculiaribus hisce temporum adiunctis Missarum stipendia aequaremus. Cum vero negotii definitio, articolo 225 Concilii Plenarii Pedemontani praeoccupata, potestatem Nostram ordinariam excederet, Sedi Apostolicae preces opportune commendatas remittendas curavimus. Per rescriptum S. Congregationis Concilii, diei 9 maii 1942 (N. 2010/42) commissa Nobis auctoritas fuit abrogandi rel. art. 225, quod hoc Nostro decreto praestamus, ita ut cuilibet reverendissimo Ordinario huius Pedemontanae Regionis expedita redeat facultas Missarum stipendia definiendi ad normam can. 831 C.I.C. Quocirca Nos pro Nostra Dioecesi Taurinensi stipem Missae uniuscuiusque manualis ad rationem libellarum octo statuimus a die prima mensis Iulii mox insequentis. Quoad vero ceteras Missas, quae in cantu aut cum aliqua superaddita externa sollemnitate celebrantur, standum est communi loci usui quoadusque aliter provideatur.

Datum Taurini, die 13 Iunii 1942.

\* MAURILIUS Card. FOSSATI, *Archiep.*

PIUS BATTIST, *Cancell.*

#### A V V E R T E N Z E

1) Ai Reverendi Sacerdoti resta l'obbligo di adempiere gli impegni assunti prima della data del Decreto surriferito per la celebrazione delle Messe manuali ricevute dai fedeli, anche se l'elemosina offerta fosse stata inferiore a quella attualmente stabilita.

2) La Ven. Curia Diocesana è autorizzata, fino al 31 luglio p. v., a ricevere le Messe anche ad elemosina inferiore a quella ora fissata, purchè corrispondente almeno a quella finora in vigore.

3) Gli oneri derivanti da pie fondazioni sono, per facoltà speciali della S. Sede, ridotti in base alla nuova tassa sinodale fino alla scadenza del quinquennio di riduzione eventualmente in corso, purchè non sia già trascorso il tempo utile fissato per la loro soddisfazione e non vi sia alcuno tenuto all'aumento proporzionale dell'elemosina.

## Atti e Comunicati della Curia Arcivescovile

### Nomine

Con Decreto Arcivescovile in data 3 corrente giugno il Rev.mo Can. DOMENICO LACIALAMELLA venne nominato Vicario Economo della Parrocchia di San Guglielmo di Mezzi Po.

Con Decreto Arcivescovile in data 12 corrente giugno il M. Rev. Sig. BOTTA Sac. Silvio, Vicecurato di Mati, venne nominato Vicario Economo della parrocchia di Mati.

In seguito a domanda di opzione il Rev.mo Can. SECONDO AIASSA, già titolare del Can. e Prebenda di S. Francesco di Sales della Collegiata di S. Lorenzo Martire in Giaveno, venne nominato con Decreto Arcivescovile in data 9 corrente giugno titolare della prebenda e del Canonico di S. Michele Arcangelo della stessa Collegiata resasi vacante per la morte del Rev.mo Can. Enrico Cornelli.

### Sacre Ordinazioni

Il 30 maggio 1942 a Torino nella Cappella del Palazzo Arcivescovile l'Em.mo Sig. Cardinale Maurilio Fossati Arcivescovo promuoveva:

*Al Presbiterato:*

GRINZA MARIO, dell'Archidiocesi di Torino.

*Al Diaconato:*

MINELLI ERNESTO, dell'Archidiocesi di Torino - SISTO GEROLAMO, dei Ministri degli infermi - BARAVALLE PAOLO - DROETTO GIACOMO - PERLO SECONDO - STOPPINO FERDINANDO, della Congregazione della Missione - ZENDRI FRANCESCO, dell'Istituto della Carità - STAGNI FERNANDO, dei Missionari della Consolata.

*Al Suddiaconato:*

ALBERTINI GIUSEPPE, dell'Archidiocesi di Torino.

Lo stesso giorno 30 maggio 1942 a Chieri nella Chiesa di S. Filippo, l'Ecc.mo Monsignore Angelo Bartolomasi Arcivescovo titolare di Petra in Palestina Ordinario Militare per l'Italia, per mandato dell'Em.mo Cardinale Arcivescovo di Torino promuoveva al *presbiterato* il Diac. FASANO AGOSTINO dell'Archid. di Torino.

Il 14 giugno 1942 a Torino nella Cappella del Palazzo Arcivescovile l'Em.mo Sig. Cardinale Arcivescovo promuoveva al *Suddiaconato* il Chier. GARNERI BARTOLOMEO della Archidiocesi di Torino.

### Necrologio

MOSSO D. GIOVANNI, da Moncucco, Cav. Cor. d'Il., già canonico della Collegiata di Moncalieri, Rettore della Chiesa del S. Cuore in Civitavecchia: ivi morto il 21 maggio 1942. Anni 76.

MAROCCHO D. Angelo, da Torino, cappellano Borgata Paulorio in Sommariva del Bosco: ivi morto il 23 maggio 1942. Anni 62.

ASSALTO D. ANGELO FELICE, da S. Maurizio Canavese, Dott. in Teologia Can. On. Collegiata di Rivoli, prevosto di Mati: ivi morto l'11 giugno 1942. Anni 81.

P. FELICISSIMO DA CARAGLIO (al secolo Angelo Mario Dutto) dei Minori Cappuccini, Curato della Madonna di Campagna. Morto in Torino il 14 giugno 1942. Anni 49.

## Funzioni di suffragio per i Caduti in guerra

Nonostante il richiamo fatto a pag. 52 di questa « Rivista » a. 1941 circa le Messe funebri in giorni vietati, in qualche luogo per aderire a richieste di enti o famiglie si crede lecito celebrare o cantare Messe funebri in giorni festivi quando si tratta di Caduti in guerra. Non vi è eccezione al riguardo, se non è presente il cadavere.

Tale proibizione è nuovamente confermata da una recente risposta data il 2 maggio 1941 dalla S. Congregazione dei Riti a Mons. Vescovo di La Spezia, il quale aveva chiesto la facoltà di poter autorizzare, durante l'attuale stato di guerra, la celebrazione della S. Messa funebre, *ut in die obitus*, nella prima domenica *post primum nuntium* della morte di militari o assimilati militari.

La risposta è del seguente tenore:

« *Negative; sed permittitur tantum absolutionem ad tumulum exceptis tamen iis diebus festis et dominicis in quibus Missa exsequialis etiam praesente cadavere prohibetur.* ».

L'assoluzione del tumulo, quando è permessa, deve essere del tutto indipendente dalla S. Messa del giorno sia che l'assoluzione venga data prima o dopo della S. Messa.

I Rev.di Sigg. Vicari Foranei sono invitati a vigilare sull'osservanza di queste disposizioni della S. Sede, ad evitare che la negligenza di uno crei fastidi a molti colleghi.

## Palloncini lanciati dal nemico

*Riceviamo dalle RR. Prefetture la seguente nota ed esortiamo i Rev.di Parrocchi e Rettori di Chiese a renderla di pubblica conoscenza tra i loro fedeli.*

« Si è verificato in questi giorni, da parte del nemico, il lancio di numerosi palloncini di gomma, diametro di circa 2 metri, colore biancastro, portanti in un recipiente cilindrico di latta, un liquido che si ritiene infiammabile. Tale recipiente contornato da un rivestimento di carta pieghettata sul quale corre a serpentina una lunga miccia, è riparato da altro cilindro pure di lamiera terminante al di sotto con una striscia metallica munita di un cilindretto che chiude il tubetto di scolo del liquido. Agganciato a detta striscia si trova un filo di acciaio di mm. 1,8 di diametro e della lunghezza dai 150 ai 200 metri.

Questi palloncini, la cui navigazione viene mantenuta a bassa quota da un apposito gioco di valvole, lasciano strisciare sul terreno o mantengono di poco sollevato da esso l'estremità del filo d'acciaio sopradetto, il quale urtando sopra ostacolo ed impigliandosi in esso, provoca uno strappo che produce l'accensione della miccia, l'apertura del tubetto di colata del liquido e quindi la irrorazione infiammata di esso.

Quando il filo, come è già avvenuto, arriva a toccare condutture elettriche produce corto circuito e quindi fusione del filo e del conduttore stesso, interrompendo in tal modo la corrente, dando luogo a bruciamenti di valvole, deterioramenti di linee, e quindi sospensioni più o meno lunghe della erogazione di energia negli stabilimenti industriali ed alle trazioni elettriche ferroviarie e tramviarie.

E' pericoloso pertanto cercare di effettuare la cattura di questi palloncini durante il volo, afferrandone il filo, e maggiormente si manifesterebbe il pericolo se ciò avvenisse in prossimità di linee elettriche perchè il vento potrebbe spingerli a contatto con le linee stesse e produrre la folgorazione di chi trattiene il filo.

In qualunque altro punto vi sarebbe ugualmente pericolo per colui che af-



ferrasse il filo pendente perchè producendosi lo strappo di apertura del recipiente e l'accensione della miccia avrebbe luogo la irrorazione del liquido infiammante, nel tratto sottostante il pallone.

Le Autorità in indirizzo sono invitate a dare notizia con ogni mezzo dei pericoli sopradetti alla popolazione, affinchè si astenga in modo assoluto dal tentare la cattura in volo dei palloncini di cui si tratta, e si limiti ad indicarne alle Autorità del luogo, gli eventuali passaggi e la direzione presa.

Qualora se ne scorgesse a terra, si eviti di toccarli e si riferisca la posizione in cui si trovano ai C.C. RR. o direttamente al Comitato Provinciale Protezione Antiaerea affinchè questo C. P. possa provvedere d'urgenza al ritiro e alla successiva consegna alle Autorità Militari.

### **Per la protezione dell'Agricoltura**

L'Unione Nazionale Protezione Antiaerea terrà in varie occasioni riunioni di uomini allo scopo di ricordare e spiegare le norme sulla protezione dell'agricoltura, specialmente in vista della prossima raccolta del grano, che tanto interessa la vita della Nazione.

Si desidera che i Rev.di Parroci concorrano a tenerne informata la loro popolazione, esortandola ad intervenire numerosa: e, quando è possibile, intervengano essi stessi onde conoscere i mezzi usati dal nemico specialmente nei riguardi dell'offesa incendiaria ».

### **Alle Rev.de Superiore di Congregazioni Religiose CORSO DI AGGIORNAMENTO E SPECIALIZZAZIONE SECONDO IL METODO AGAZZI**

*L'Associazione Educatrice Italiana ha ottenuto dal Ministero dell'Educazione Nazionale l'autorizzazione per un « Corso di aggiornamento e specializzazione secondo il metodo Agazzi ».*

Il « Corso » interessa soprattutto le insegnanti della scuola materna. Notiamo però che l'autorizzazione venne accordata a norma dell'art. 396 del Regolamento generale sui servizi dell'istruzione elementare, quindi anche le insegnanti elementari potranno iscriversi e frequentare con interesse e con profitto, perchè il titolo che verrà rilasciato è valido ad ogni effetto e per Concorsi.

